

Stephanus Galdeti

*Responsio Cordigeri de causalitate
Dei respectu creatorum*

Editor: Alexandra Baneu

work in progress
19.08.2024

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

P2 Paris, BnF lat. 16409

Project NOTA-ERC

|| Responsio Cordigeri de causalitate Dei respectu creatorum

Utrum primum necesse esse sit causa immediata cuiuslibet effectus seu creati esse. Et arguitur quod non. Nulla causa est immediata suo effectui, nisi informans informabili, sed primum necesse non est causa informans, igitur. Maior patet, quia solum informans communicat esse suum intrinsece suo informabili sine medio, quod nec efficiens, nec finis, nec materia faciunt. Minor patet, nam aliter primum necesse esse est intrinsece contingens, nam intrinsece daret esse contingentem, quia esset eius pars formalis.

Ad oppositum, quia tunc aliquid esset quod nec esset creator nec creatura, puta illud medium inter primum necesse esse etc.

In ista questione sumo primo pro primo necesse esse Deum.

Pro secundo, causa immediata actualement et immediatam influentiam efficientis, forme, vel finis. || Tertio, pro effectu aliquam rem positivam.

Sic igitur sumptis terminis primo ponam tres propositiones.

Secundo ponam tres conclusiones.

Prima propositio sit ista: actualis et immediata influentia efficientis est actualis determinatio ipsius ad agendum sine medio ipsum determinante. Ista patet, nam ab indeterminatis non fit actio, ergo nec ab indeterminato sine medio non est actio immediata.

Secunda propositio: actualis et immediata influentia forme est actualis expressio formabilis sine medio ipsum formabile exprimente. Ista patet, nam forma in agente est principium producendi simile sibi in specie, ergo forma per hoc est principium, quia est expressio sui, et ideo, si immediata expressio est, immediata forma est.

Tertia propositio est quod actualis et immediata influentia finis est actualis attractio eorum que sunt ad finem sine medio ipsum atrahente. Ista patet, nam finis est movens ea que sunt ad finem, ergo immediata influentia finis est immediata attractio eorum que sunt ad finem.

Hiis premissis, sit ista prima conclusio: Deus est immediata causa

6 maior | p. c. sup. lin. P2 ; antecedens a. c. P2 7 nec¹ | est add. P2
8 materia | contra de materia nam est eque intrinseca sicut forma add. in marg.
P1 11 creator | creata P2 13 in ista questione | responsio add. in marg. P1
14 pro secundo | probatur P2 ; secundo P1 15 efficientis forme vel finis | contra
omissit materiam add. in marg. P1 tertio | secundo P2 effectu | effectui
a. c. P2 18 prima propositio | iter. in marg. P1 22 secunda propositio |
iter. in marg. P1 23 formabilis | formalis a. c. P1 formabile | sup. lin. P1 ;
formale P2 27 tertia propositio | iter. in marg. P1 28 attractio | actio P2
medio | ipsum add. sed del. P2 29 ergo | p. c. P2 31 prima conclusio |
iter. in marg. P1

efficiens cuiuslibet effectus. Ista probatur: Deus agit quodlibet et per nichil determinatur ad agere, ergo etc. Consequentia patet per primam propositionem. Et antecedens probatur, quia illud determinans esset perfectius Deo, contra ANSELMII, *Proslogion* 2.

5 Corollarium: ex ista infero quod nulla creatura est immediata causa sui effectus, cum quolibet creatura per Deum determinetur ad agendum.

Secunda conclusio: Deus est immediata causa formalis cuiuslibet effectus creati. Ista probatur, nam Deus est actualis expressio formalis cuiuslibet rei sine medio ipsum formaliter exprimente, ergo etc.
10 Consequentia tenet per secundam suppositionem. Antecedens ponit beatus AUGUSTINUS 2 *De libero arbitrio* dicens “necesse est esse alicam formam eternam et incommutabilem per quam cuncta creata formari valeant”. Talis autem non potest esse nisi Deus. Ergo etc.

Primum corollarium: ex hac infero primo quod forma non per hoc
15 quod est pars totius inexistens formabili est causa formalis. Istud patet, nam Deus est causa cuiuslibet creati esse, et tamen nulli inexistit ut pars.

Secundo infero quod forma non per hoc quod educitur de potentia materie vel conservatur in ea est causa formalis. || Patet, quia causa
20 formalis in actu est expressio formalis, ut dicit secunda propositio. P2 38v

Tertio infero quod nulla forma creata est causa formalis immediata. Patet, quia nulla talis est immediata expressio etc.

Tertia conclusio: Deus est immediata causa finalis cuiuslibet creati esse. Ista probatur, nam Deus est actualis attractio finalis omnium et ipse
25 nullo medio fine attrahitur, igitur etc. Consequentia tenet per tertiam propositionem. Antecedens ponit COMMENTATOR 9 *Metaphysice*, ubi ponit quod “Deus habitat in fine omnis nobilitatis et quietatis et omnia que agunt et moventur in natura agunt et moventur propter ipsum”.

Ex isto infero quod, si ultimus finis creature rationalis est formaliter
30 actus beatificus, quod Deus est actus beatificus creature rationalis. Istud patet, quia Deus est ultimus finis creature rationalis. Ex hiis ad

5 corollarium] *in marg. P1* 7 secunda conclusio] *iter. in marg. P1* 9 sine] forma *add. sed del. P1* 10 ponit] *p. c. P1* 12 cuncta] creatura *add. sed del. P2* 14 primum corollarium] *in marg. P1* 18 secundo] secundum corollarium *add. in marg. P1* 21–22 tertio — expressio etc.] tertium corollarium *add. in marg. P1* 21 tertio] tertium corollarium *add. in marg. P1* formalis] *om. P2* 23 tertia conclusio] *iter. in marg. P1* 25 fine] *p. c. P1* consequentia] prima *add. sed del. P2* 28 moventur²] *preter ipsum add. sed del. P2* 31 quia] quod P2 2/31–3/1 ex hiis ad questionem] debere de nullo medio fine attrahit ut videtur; ista actoritas videtur innuere Deum non efficere *add. in marg. P1*

questionem.

Hec de illa positione.

2 hec de illa positione] de hac materia de esse formam SCOTUS in 4 in materia de unione et AUGUSTINUS **2** *De libero arbitrio* capitulo 28 et 29 in *Quolibetis* SCOTI inveneris etiam de hoc *add. in marg. inf. P1* (*in nota 2* hec de illa positione]) de esse formam] *sup. lin. P1* (*in nota 2* hec de illa positione]) 4] distinctione *add. sed del. P1*